Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aleombus tuis cum meam. Con
fitebor tibi in ecclesia magna: in populo gra
ui laudabo te. Non super gaudant
mihi qui aduersantur mihi inimici
qui oderunt me gratis et annuunt
oculis. Quoniam mihi pacifice
loquebantur: et in iracundia terre loqui
tes dolos cogitabant. Et
dilatauerunt super me os suum
et dixerunt euge euge uide
runt oculi nostri. Vidisti
domine ne sileas: domine ne discede
as a me. Exurge et intende in
dicio meo deus meus et dominus mus
in causam meam. Iudica me se
cundum iusticiam tuam domine deus
meus et non super gaudeant mi
hi. Non dicant in cordibus suis euge euge
anime nostre nec dicant deuorabimus
eum. Erubescant et reuerentur
simul qui gratulantur malis mis
hi induantur confusione et reuere
ntia qui magnifica loquuntur super me.
Exultent et letentur qui uolunt
iusticiam meam et dicant semper ma
gnificetur dominus qui uolunt pa
cem serui eius. Et lingua mea
meditabitur iusticiam tuam tota die
laudem tuam. In fin. ps. DD. Smo dni

Dixit iniustus
ut non delinquat in semet
ipso non est timor dei ante
oculos eius. Quoniam dolose egit
in conspectu eius ut inueniatur in
iquitas eius ad odium. Verba
oris eius iniquitas et dolus noluit
intelligere ut bene ageret. In
iquitatem meditatus est in cubilibus
suis. astitit omni uie non bone: mali
ciam autem non odiuit. Domine in
celo misericordia tua et ueritas tua usque
ad nubes. Iusticia tua sicut montes
dei: iudicia tua abyssus multa. Ho
mines et iumenta saluabis domine
quemadmodum multiplicasti misericor
diam tuam deus. Filii autem hominum in
tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus
tue et torrente uoluptatis tue potabis
eos. Quoniam apud te est fons
uite et in lumine tuo uidebimus lumen.
Prorrende misericordiam tuam scientibus
te et iusticiam tuam his qui recto sunt
corde. Non ueniat mihi pes su
perbie et manus peccatoris non moueat
me. Ibi ceciderunt qui operantur
iniquitatem: expulsi sunt nec potu
erunt stare. In fine ps DD. Smo

Noli emulari dni.
in malignantibus: nec
zelauis facientes iniqui
tatem. Quoniam tamquam fenum
uelociter arescent: que ad
modum olera herbarum
cito cadent. Spera
in domino et fac bonitatem et habi
ta terram et pasceris in diuitiis eius.
Delectare in domino et dabit ti
petitiones tuas cordis tui. Reue
la domino uiam tuam et spera in eo
et ipse faciet. Et educet quasi lu
men iusticiam tuam et iudicium
tuum tamquam meridiem. Subditus
esto domino et ora eum. Noli emu
lari in eo qui prosperatur in uia
sua: et in homine faciente mala

334